

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


**Carmina in laudem B. Mariae Virginis multorumque  
sanctorum**

**Brant, Sebastian**

**[Basel], [nicht vor 1494]**

Gloriose virginis Marie

[urn:nbn:de:bsz:31-290354](#)



# Gloriose virginis Marie

ítra se admiratio / ingrediente Angelo.

Sebastiani Brant vtriusq; iuris doctoris.

Quid tibi vis paribus venies caducifer alis :  
Qui subito nostri claustra cubilis adis :  
Quid tuus aduetus quid vult tua candida imago :  
Et tua que niveo palla decore nitet :  
Quid sibi tanta salus quid vult sibi gratia tanta :  
Quis mihi mittit Aue tu ne vel alter herus :  
Proh miserā exterret tua me p̄sentia quantū :  
Cor mihi confusum est sum quoq; mentis inops .

A ij

Stare vides stupidā: tua vox mihi faucibus obstat  
Vt sileam: possit nec mea lingua loqui.  
Angelus: an ne aliquid iuuenū: pacēne reportas?  
An magis insidias, fallere me ne venis?  
An nescis vni q̄ sim sponsata marito?  
Nec decet alterius suscipere ora viri:  
Nulla salutandi mihi consuetudo virorum.  
Nec volo: nec quēquā noscere anhelo virum.  
At dñi: tua nō: mihi te mandata referre  
    Audio: quisquis is est: gratia magna sua est;  
Illiū vt mihi sit venerabile nomen in eū:  
    Sic propere horresco cū sua verba refers.  
Pectoris interiora ligat pudor ille vetustus  
    Virgineus: trepidant en mea membra metu.  
Palpitat & pauidi pars integra corporis: in me  
    Viscera cuncta timent: corq; manusq; tremunt.  
Nec mihi succense: merito quia virgo timerebo  
    Angele: quisquis eris mens mihi fœminea est.  
Turbor: & attonitatem mea sentio vulnera mentis:  
    Spiritus & flagrat noster ab igne nouo.  
Membra gelu titubat: coit & formidine sanguis.  
Quod timeo: illud amo: quod tremo: habere veli.  
Tu ne ille es fortis Gabriel: virtusq; superni  
    Consilii: magni nūcius atq; dei?  
Atq; vtinam videant mea secula: gentibus olim  
    Promissum: pariet quē pia virgo deum.  
Si venturus ades: celi perrumpe fenestras:  
    Virginis inq; vterum labere sancte puer.

Quicquid erit clemens humilem deus aspice seruā  
Fiat & ancille quod placet vsq; tuę.  
Nescio quid certe est: animus presagus: adornem  
Vt thalamū suadet hospiciūq; deo.  
Attamen auscultem: neq; enim sine numine diuū  
Affore te credam: nuncia lēta refer.  
Incipe: turbatos animos solare puelle:  
Et loquere & benedíc: mollia verba ferens.

## Verba angeli ad Mariam.

Missus ab excelsō: thalamū pia vírgo pudicum:  
Vírgineūq; tuum pacifer ingredior.  
Plena quidem es donis: célesti & mūere habudās.  
Et tecum dñs regia mater Aue  
Nec timeas placuit tua forma María/ potentí  
Crede deo: paries quem vocat ipse Iesum.  
Quippe dauid patris/ regnoq; & sede gubernans:  
Inq; domo Iacob perpetuo ille reget.  
Neu turbere animo: neue exhorresce salutem:  
Te quia delegit rexq; deusq; poli.  
Nec tibi sit mirum: si nncio te fore matrem:  
Cognita cum nulli sis pia vírgo víro:  
Gratia nempe dei tua víscera sancta replebit:  
Teq; superueniet spíritus ipse dei.  
Te vel in vmbra bit diuino numine: virtus.  
Pneumatís: & mater diceris esse dei.

A iiij